UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An etiam Recipiens malefactorem. n. 416.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

non intuliſſet, Palpo peccat contra juſtitiam, adeoque tenetur ad reſtitutionem. Ratio eſt: quia eſt cauſa efficaciter cooperans ad damnum alterius.

Recurſus.

CONFERENTIA. XI.

416. JUxtà Regulam Juris l. 3. §. *non tantum ff. de incendio*, dicitur: Receptatores non minus delinquunt, quàm Aggreſſores. Reſolvendum itaque hic eſt, an, & qui recipiens malefactorem, teneatur ad reſtitutionem. Sit itaque

RESOLUTIO: Ut recipiens malefactorem teneatur ad reſtitutionem, neceſſe eſt, ut recipiat eum qua talem formaliter, pro ſecuritate malè agendi. Eſt omnium & patet: Quia tunc ſolum influit in damnum, ut fiat, vel ut factum non reparetur, quando ſcil. fures occultè detinent, protegunt ac ſecuritatem præſtant ad damna inferenda, prædas eorum ſervant &c.

Hujusmodi ſunt I. Advocatus cauſæ manifeſtè injuſtæ patrocinium aſſumens. II. Caupones, filios familias contra parentum voluntatem domo excipientes, ad prodigendas pecunias à parente profectitias compotationibus, luſibus &c.